

JOHANNIS-JACOBI
WISSEBACHII

Nassovii, JC. & Antecessoris Frisii,

EXERCITATIONUM

Ad L. PANDECTARUM *Libros*

PARTES DUE:

Quæ in Præcipuis, cognituque maximè necessariis
Difficultatibus & Controversiis

COMMENTARII

vice fungantur.

P R I O R

Illustri Frisiorum CURIÆ SUPREMÆ inscripta est.

*Don. D. Joseph. de la
Serna*



FRANEKERÆ FRISIORUM,

Sumptibus JOHANNIS ARCEBII, Bibliopolæ.

ANNO M. DC. LVIII.

*Nobilissimis, Amplissimis, Augustâ Iuris dicendi Provinciâ
Illustribus & Potentibus Dominis,*

Supremæ Frisiorum Curiaë

SENATORIBUS,

D. MATTHIÆ à VIERSSSEN,

D. ALLARDO-PETRO à JONGESTALL,
Illustr. Frisîæ Ordinum Academiae Franekeranae Curatori,
& in præsens apud Anglicanae Reipubl. Proceres Legato,

D. THEODORO SÆCKMA,

D. PETRO ab HARINXMA *toe Sloten.*

D. HERONI ab OCKINGA,

D. JOHANNI GLINSTRÀ,

D. HARTESIO JEPEMA,

D. HENNINGIO-GEORGIO ab ANDRE,

D. SIXTO à GROVESTINS,

D. PETRO à NYS,

D. JETZONI à SMINIA,

D. THEODORO à SCHELTINGA.

NEC NON

Consultissimo, Spectatissimoque Viro,

D. EPEO GLINSTRÀ, Ejusdem
Ordinis Senatorii Graphiario,

In Cultus & Observantia Tesseram

D. D.

JOHANNES-JACOBUS

WISSENBACH.

Epist. Dedicatoria.

gicum est. Ad Vos ergo, Summi Justitiæ
Præsides, decorè affectat viam, qui quoti-
die pro Tribunali sedetis, in litibus se-
cundum Civilem hanc Eunomiam (alibi
ferè Ostracismo perperam mulctatam) ut
plurimum dirimendis occupatissimi, senten-
tiam ferentes non de Civium duntaxat for-
tunis, verum etiam, si opus sit, de ipso
capite. Felix Respublica hòc Senatu, qui
amorem sui bonis, venerationem etiam,
malis extorquet, & qui publicas curas tanta
cum gravitate & felicitate curat! Deum
veneror ut Vos, Summos hujus Provinciæ
Δικαστῆρας, bono Reipublicæ quàm diutissimè
incolumes superstitesque conservet! Per-
scriptum Franekeræ, Calendis Sextilibùs,
An. aerae Christianæ *CIƆ IƆC LIII.*

DISPUTATIO I.

D E

*Compositione Pandectarum, &
titulo I. libri primi, de Justitia & Jure.*

Respondente

LEONHARDO HAESBAERT, Mulheim, ad
Rhen. Montano.

THES. I.



Libros quinquaginta, in quibus omne jus antiquum collectum est, Justinianus appellavit *Pandectas*, *ὅτι τὰ πάντα ἔχου*, quod omnia habeant, vel *ὅτι τὰ πάντα δεχέσθαι*, quod omnia contineant. tit. de confirmat. Digest. §. 1. Uti & Tyro Tullius, Ciceronis

Libertus, de variis & promiscuis quaestionibus libros compositos, inscripsit *Pandectas*, tanquam omne rerum & doctrinarum genus continentem. Verior est illa *Pandectarum* Originatio, quam haec Accursii qui hoc nomen deduxit à, *pan*, & *decte*. Atqui *δέκτης* significat *mendicum*. Si ergo meram paupertatem continent haec volumina, quis ea legere sustineat?

2. His libris coagmentandis triginta septem Jcti symbolas contulerunt; ex quorum responsis Digestorum leges veluti centones confarcinatae sunt. Atque haec veterum Prudentum monumenta maximam constituunt partem mediae Jurisprudentiae, (mediae inter leges XII. Tab. & Rescripta Impp. Constantinopolitanorum) cujus meminit Justinianus in §. 3. *Inst. de legit. agn. success.*

3. Cum priore Codice edito VII. Idus April. Anni Christi 529. Decio Consule, Jus Vetus considerandum recepisset Justinianus, i. e. de *Pandectis* componendis cogitasset, quinquaginta

A

ginta